

De Biographia S. Godefridi Cappenbergensis.

Historia succincta canoniae Cappenbergensis delineata fuit in *An. Praem.*, I, 1925, pp. 291-297 ; II, 1926, 177-192 ; 390-404, a H. KISSEL. Idem auctor, H. KISSEL, in *Supplem. An. Praem.*, II, 1926, 1-39, occasione anniversarii octies centenarii sancti obitus B. Godefridi, collegit ea quae invenire potuit de iis quae evenerunt circa beatificationem Godefridi et venerationem publicam Sancti ad nostras usque dies.

De initiis monasterii Cappenbergensis recenter scripsit Dr. H. GRUNDMANN, director « Monumenta Germaniae Historica » : *Der Cappenberger Barbarossakopf und die Anfänge des Stiftes Cappenberg*. Contentum huius operis in *An. Praem.*, XXXVI, 1960, p. 351 s. a cfr. A. HUBER expositum et dilaudatum fuit.

Occasione vero huius libri Prof. GRUNDMANN, *Analecta Bollandiana* LXXVIII, 1960, publicarunt, curante P. M. COENS, S. I., inquisitionem, variis notitiis hucusque ignotis ornatam ; quae mentione speciali in nostris *Analectis* dignae sunt. Cfr. l. c., 431-441.

De conversione Godefridi fratrisque sui Ottonis.

Haec scribit P. Coens : « M. Grundmann a dégagé avec finesse les mobiles qui engagèrent d'abord le comte Godefroid et ensuite son frère puîné à renoncer aux richesses du monde et aux luttes guerrières que la querelle des investitures rendait alors particulièrement âpres. Avec le duc de Saxe Lothaire de Suppliburg et le comte Herman de Winzenburg, ils s'étaient trouvés au premier rang des nobles qui, opposés au parti de l'empereur, réinstallèrent par la force des armes l'évêque Thierry II sur le siège de Münster, expédition qui le 2 février 1121, avait provoqué l'incendie de la vénérable cathédrale Saint-Paul et d'une partie de la cité. Ils conçurent à la fois le dégoût de ces actions violentes et le désir d'expier l'« *offensa regia* » faite à la personne d'Henri V. Quoi qu'on ait dit, S. Norbert ne fut pas à l'origine de cette conversion. Ce n'est qu'après le mois d'octobre 1121 — le saint venait alors de se signaler à l'attention par ses prêches de Cologne — que les deux seigneurs de Cappenberg allèrent le trouver et s'ouvrirent à lui de leurs desseins. La mise à exécution de ceux-ci ne recueillit pas d'emblée l'approbation admira- tive des contemporains. Elle se heurta même à une vive opposition du père et des proches de Jutta d'Arnsberg, l'épouse de Godefroid, ainsi que de la part de nombreux « ministeriales » ; quant à l'évêque

Thierry, il ne vit pas sans déplaisir le puissant bourg de Cappenberg, un des boucliers de la défense de Munster, se transformer en lieu de dévotion. Godefroid demeura inflexible ; Otton, qui avait d'abord été quelque peu réluctant, semble-t-il, conforma bientôt sa conduite aux vues de son aîné. Celui-ci, après avoir donné les exemples de la plus généreuse abnégation, devait mourir, âgé d'environ trente ans, le 13 janvier 1127, à Ilbenstadt, une filiale de Cappenberg dans la Wetterau. Otton lui survivrait longuement, jusqu'en 1171 ; d'Ilbenstadt, il avait fait transférer une partie des restes de Godefroid à Cappenberg, où ils furent « élevés » par l'évêque Werner, le 16 septembre 1149 ».

De « Vita » S. Godefridi in Actis Sanctorum.

Acta Sanctorum (edita a sic dictis Bollandistis) continent « Vitam » Godefridi, in t. I mensis Januarii (1643), pp. 834-836, ad diem 13 Januarii. Ibidem Godefridus « Beatus » dicitur. *Monumenta Germaniae Historica, Script.*, t. XII, pp. 513-530, eandem « Vitam » habent, ab *Actis Sanctorum* mutuata, curante editore Ph. JAFFE.

« Vita » Ottonis Cappenbergensis in *Actis Sanctorum* edita fuit inter *Acta Sanctorum* mensis februarii (t. 3, p. 360), inter « praetermissas » diei 23 februarii. Otto iste numquam, ex parte auctoritatis competentis, « beatus » dictus est.

De via per quam *Acta Sanctorum* « Vitam » Godefridi obtinuerint a canonicis Cappenbergensibus, sicuti et de veneratione qua antea Praemonstratenses nonnulli Godefridum prosecuti fuerint, plura inedita referuntur a P. COENS, loco supra indicato.

« Vita » Godefridi sicuti commentarius qui ipsam « Vitam » in *Actis Sanctorum*, loco indicato, praecedat, debentur operae P. Joanni Gamans, S. J. e regione Rheni.

Gamans iste, testantibus manuscriptis ipsius, asservatis partim in ms. 7569 bibliothecae Regni Bruxellis, fatetur se plura de vita B. Godefridi rescivisse ab ipsis canonicis Cappenbergensibus, quin nomina eorum indicet. Scribit siquidem Gamans in Vita Godefridi, in *Actis Sanctorum*, l. c., p. 840 « ... quos, ut alia complura, ad laudem sui sancti fundatoris, humanissime Canonici Cappenbergenses nobis submittere ».

In ms. Bollandistarum 103, fol. 154-156 autem invenitur memoriale, notatu dignum, in quo canonicus Cappenbergensis, Joannis Tebetman nomine, dicit se hac ratione respondere quaesitis cano-

niae suae transmissis ex parte P. Gamans. Memoriale Joannis Tebetman hanc temporis indicationem habet : 11 aprilis 1639.

Plurima in hoc documento Tebetman transmissa publicantur in *Analectis Bollandianis*, l. c. Exponit inter alia Tebetman, quidnam monasterium Cappenbergense subierit ex incursionibus militum :

« Ad reverendae Paternitatis vestrae binas litteras Antwerpiae 28 et 29 martii exaratae et domino Praeposito Capenbergensi 8 aprilis traditas, etiam atque etiam doleo me ad omnia et singula dubia pro voto accurate respondere non posse, praesertim cum reverendae Paternitati vestrae in eruendis ex tenebris B. Godefridi laudibus rebusque ab eo gloriose gestis elucidandis pro eiusdem et huius monasterii nominis gloria laboranti hac in re obsequia nostra praestare omnemque quae ad eiusdem sancti laudem facere posset materiam subministrare non minus aequum quam nobis ipsis honorificum et toti Praemonstratensium familiae iucundum foret. Cum autem tam vetustum et nobile monasterium, ingruente has in partes tempestate bellica anno 1634, 16 calendas iunii, a Luneburgico et Hassico milite tam foede et sacrilege expoliatum et devastatum sit ut describi satis nequeat, ipsismet enim militibus contestantibus eiusmodi sacer locus nec a Turcis nec a Tartaris foedius contaminari potuit ; ita enim omnia commaculata, comminuta ; altaria, si non penitus omnia eversa et destructa, saltem prophanata, reliquiis in medium proiectis. Tabernaculum V. Sacramenti plane intus depredatur ; tumba B. Godefridi, in sanctuario a tempore eiusdem translationis singulari artificio ex vivo lapide elaborata et coloribus tincta ad 4 aut 5 pedes extuberata et elevata, qua aliquot centenis abhinc annis sacrae comitum quadringentis octoginta quinque annis sacrae comitum huius Ecclesiae et monasterii fundatorum reliquiae condebantur, praesertim B. comitis Godefridi (cuius inferius corporis pars iam quadringentis octoginta quinque annis requieverat), prorsus evertitur, magna ex parte comminuitur. Sacrae reliquiae per medium sparsae et proiectae conculcantur et, quod quis merito mirari posset, haec sacra ossa post tot centenos annos aliqua adhuc balsamationis indicia retinere videntur, cum cutis arida et subrubea iisdem adhaerescunt. Fuerunt autem immediate gossipio et linteamine cerato, exterius vero serico panno rubei coloris, auro intertexto, obvolutae, in capsula aut loculo undique puro auro obducto, aliquot ligneis inauratis poculis in formam eorum quae in manibus sanctorum Trium Regum Christum in cunis adorantium aut feminarum eundem in sepulchro quaeritantium depinguntur, adstantibus, quae balsamum optimo odo-

ris fragrantiam redolebant. Reliquae vero ac variae SS. reliquiae, quae multis saeculis hic pie asservantur, scilicet sancti Norberti, qui plurimas earum Colonia huc detulisse creditur, in minutissimas partes in occibum martyrum sustinuisse scribis possint. Ad haec statuae templi deiiciuntur, lapides sepulchrales hinc inde elewantur, terra ad ipsas defunctorum tumbas effoditur, tumbae effringuntur, fistulis et tubis per totum circumquaque monasterium proiectis, sedilia chori multis locis, daedales manu facta, destruuntur. Ornamenta omnia tam sacerdotalia quam altarium, ita ut nullum altaris linteamen aut palla reliqua foret, auferuntur. Calices quotquot erant cum monstrantia et ciborio rapiuntur... In qua misera et lamentabili desolatione omnia nostra antiqua scripta, privilegia, iura, relictia, annales et antiqui codices magna ex parte perierunt. Nihilominus, Reverendae admodum Paternitatis vestrae quaesitis et dubiis pro modulo habitaque possibili ex reliquis chartarum, manuscriptorum fide dignorumque rationibus scientia quam brevissime et citissime respondeo ».

Auctor huius relationis, qui ita subsignat expositionem suam « Ioannes Tebetman, sacellanus indignus », haec refert de ratione qua S. Norbertus intervenerit in fundatione monasterii Cappenbergensis.

« S. Norbertus, assumpto sacro habitu, hic diu multumque conversatus, praesertim anno 1122, quando BB. comites Godefridus et Otto unanimi consensu se suaque omnia bona, exceptis iis quae Monasteriensi et aliis ecclesiis donarunt, una cum castro Capenberg in manus sancti Norberti caelesti eius facundia aut fistula, uti sanctus Bernardus propria ad eum manu huc scripsit, allecti, resignarunt Deoque manciparunt. Quam resignationem hilari animo acceptans sanctus Norbertus ipsum castrum in monasterium per Theodoricum de Wintzelburg, episcopum Monasteriensem, consecrari fecit 18 calend. septembris, ipsa videlicet die Assumptionis B. V. M., anno 1122, iuxta chronologicum :

reLLIglone nltet DIgne norlbertVs aVlta
CappenberglaCI ChrIsto Copla Castrl ».

In paragrapho mox citata ex relatione cfr. Tebetman, sermo fit de quadam epistola scripta a S. Bernardo, et quae S. Norberto directa fuit, quando iste sanctus commorabatur in Cappenberg. Tebetman videtur dicere agi de epistola autographa ipsius S. Bernardi. Nescitur autem utrum textus ille adhuc existat.

De Ecclesia et monasterio Cappenbergensi haec notat Tebetman : « Ecclesia autem ipsa in honorem B. V. M. et S. Ioannis Evan-

gelistae in Capenberg nuncupata est. Cuius crucis beneficio memoratus dux Fridericus, cum eam ex collo dependentem in bello gestaret, multas ac luculentas ab hostibus victorias reportavit ».

In *Actis Sanctorum*, t. I mensis Januarii, pp. 111-113, additur notitia e qua novimus reliquias B. Godefridi in abbatiis Belgii magna cum veneratione prosecutas fuisse, Dicitur enim : « Anno MDCXXXIX, donata est pars reliquiarum B. Godefridi Reverendissimo Abbati Antverpiensis monasterii Chrysostomo vander Sterren (abbas annis 1629-1652), a Georgio praeposito Ilvenstadensi (Georgius II Laurentii : 1635-1622), et solemniter in huius asceterii aedem, secunda die Octobris, quae Dominica erat, translata, expositaque populi venerationi. Sunt et in SS. Cornelii et Cypriani coenobio iuxta Ninoviam, Flandriae oppidum, aliquae B. Godefridi reliquiae ».

In Archivo PP. Bollandistarum asservatur folium quoddam, in quo fideles civitatis Antverpiensis invitantur ut assistere velint solemni festo B. Godefridi in ecclesia S. Michaelis civitatis dictae. Ecce contentum huius folii :

« Tot meerder Godts glorie.

Naedemael dat den seer Eerw. Heere *Georgius*, Proost ende Prelaet van 't Clooster Ilbenstadt der Orden van Premonstreyt in *Wetteravia*, niet ver van Franckfort gelegen, het Godts-huys van S. Michiels der selver Orden hier 't Andtwerpen vereerd ende verrijckt heeft met eenen grooten Schat van Reliquien vanden Salighen *Godefridus*, van eenen Grave van Capenbergh gheworden eenen van de eerste ende alderliefste Kinderen van den Heylighen *Norbertus* : denwelcken syn leven verciert hebbende met exempelen van heerlijke deughden is Godt-saligh ghestorven in 't jaer 1126, doorluchtigh in heyligheydt ende mirakelen, ende zijn sijne H. Reliquien 22 jaeren naer sijn doot ten tijde van Eugenius III uyt de aerde verheven ende soo in het Clooster Ilbenstadt als te Capenbergh in Westphalen door den Bisschop van Munster heerlijk ghestelt gheweest, soo sullen Sondagh toekoemende den tweeden Octobris naer het Sermoon ('t welck van het Leven vanden Salighen *Godefridus* te 9 uren door E. Heere *Norbertus* (qui postea fuit abbas S. Michaelis, annis 1652-1661) Prior ghedaen sal worden) de voorghenomde Reliquien ten thien uren met den *Te Deum Laudamus* inde voorsejde Kercke van S. Michiels gestelt worden ».

J. B. VALVEKENS, O. Praem.